

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Rosyjskiej Akademii Nauk w Sankt-Petersburgu, sygn. Ban. F 143, k. 134r

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 104 [Gn. 101]

[104] Nunc^a de advocato attendatur, si non iuste iudicaverit, cum sibi querulatur, et hoc propter amorem aut munera, aut ob aliquam causam obmittit, aut si solus noxam fecerit iniustam, quod de iure facere non debuit, postquam ad iudicem sit electus ius confortare et iniurias humiliare^b. Si querela super ipsum in suo iudicio facta fuerit, tunc scultetus iudex esse debet super advocatum et ad hoc cogitur cum sententia, quod super ipsum habeat querulare et per sententiam petat, quod alium iudicem ponat loco sui, quod ipsum facere oportet. Tunc locet scultetum, qui sibi iudicare debet |solummodo^c| simili modo, ut advocatus super scultetum iudicare debuit. Eodem modo scultetus iudicet advocatum. Idcirco advocatus iudicium bannitum absque sculteto habere non potest, quia coram eo iure se debet exhibere, si super ipsum aliquis habuerit querulare. Si hoc contra iusticiam anno [et] die quod recusaverit, tunc domino terre iudicium vacat, quod habuit, sub banno regio, si prosecutus fuerit cum veris sentenciis.

^a ozdobny inicjał N wysokości dwóch wersów; ^b odczyt niepewny; ^c skreślone ręką autora podstawy

[hasła: wójt, skarga, wyrok niesprawiedliwy, sołtys, sędzia, odpowiedzialność, sąd wyłożony, rok i dzień, termin, sąd królewski]